Oracio Coram Seculari principe

Illustris princeps et dux noster gratiose
Cum principum gloria triumphalis
et clara principum sublimitas ex plebis recta
resultat gubernacione subiectorum regiminis titulo
si foveant / Propter quod nec labore amicicia
negligencia pigricia ne sinis studijs
aut comparacionibus non impediantur.
ut eos quos tutari debeant desertos esse
paciantur / desererent namque tales vite sortem
quia nichil conferret in eis studij.
nichil operis. nichilque facultatum /
Propter quod fideles perirent. tabescerent greges.
errores in re publica pullularent.
mores depravarentur. prevaleret tyrannica
dominaretur. Inde emulaciones sediciones et secte.
inde audacia maleficia. inde homines
sui amatores deo odibiles. ingrati scelerati proditores.
luxuriosi. superbi. incompositi. superioribus
non obedientes. inpietates. sine affectione.
sine fide. sine pace. Que omnia provide
considerans et tua principatus tonitrans
et rebelles supprimis. rem publicam
demordere non sinis. contenciones odia
Simultates bella et rapinas compescere
et extinguere. bonos manutenere et defendere.
terre ac patrie tue pace et tranquillitate
impendere studens / Ideo inclita Civitas
Nurembergensis que deo complacet in corporis
prospera valitudine et robore. civitate florida
constancia. integritate. prudencia. solidum
in spere robore. excellencia. summaque animi
magnitudine. quibus habundantissime pollet.